



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Octonarius decimus tertius. Mem. Quomodo dilexi legem tuam, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](#)

*Hoc agit, ut possit reprobis me perdere, tantum  
Pareo quod monitis sedulus ipse tuis.  
Res video cunctas minui atque perire creatas:  
At semper bonitas et tua pacta manent.*

Octonarius decimus tertius.

M E M,

*Quomodo dilexi legem tuam, &c.  
O Deus, immotam legem quam diligo, voluens  
Hanc meditansque animo nocte dieque tuam.  
Pertua verba, meo si prudentior hoste,  
Quae veluti diues sunt mihi gaza, Deus.  
Et doctore meo longè sum doctior ipse,  
Perpetuus sermo sunt tua iussa mihi.  
Astutis etiam senibus cum cautior inde,  
Quod tua conseruo fædera pacta mihi.  
Pes meus ut vitet vestigia lubrica, nusquam  
Se mouet à placitis eloquiisque tuis.  
Ipse tu à nunquam de sacrâ lege recedam,  
Imperium didicit mens mea ferre tuum.  
Tâm mihi grata sonant tua verba et suavia dicta,  
Ut sapida haud possint mellaplace magis.*

Hoc

Hoc quoniam edocitus Domini sum legibus, odi  
Peruersos, mihi dum semita recta placet.

Octonarius XIII.

N V N.

Lucerna pedibus meis verbum &c.

P Es meus & regitur verborum lege tuorum,  
Et mihi præscripta hoc clara lucerna via est.  
Mystica iusticia cœlestis dicta tenebo,  
Me seruaturum iuro statuta Dei.

Heu nimis oppressus iaceo et contemnor ab hoste,  
Me Domini afflictum subleuet alma manus.  
Hostia prompta meis labiis sit suavis odore,  
O Deus, ò doceas me tua iussa sequi.

In manibus mea vita meis gestatur, & hinc est  
Imperii nunquam non memor illatui.  
Non à lege Dei, stolidè persuasus, aberro,  
Cum tendit laqueos impia turba mihi.

Fæder a qua sancis, mihi sunt bona portio vite,  
Latatur mea mens fædere tota tuo.  
Huc oculos, aciem mentis, cortendo manusq;  
Semiaq; exosa est omnis iniqua mihi.

Ii              Octo